Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

absconderunt mihi: quoniam tu es pro
tector meus. In manus tuas commenda
bo spm meum: redemisti me domine deus veritatis.
Odisti observantes: vanitates supervacue.
Ego autem in domino speravi: exultabo et letabor in misericordia tua. Quia
respexisti humilitatem meam: salvasti de
necessitatibus animam meam. Nec con
clusisti me in manus inimici: statuisti
in loco spacioso pedes meos. Miserere
mei domine quoniam tribulor conturbatus est in ira oculus meus anima me
a et venter meus. Quia defecit in do
lore vita mea: et anni mei in gemitibus.
Infirmata est in paupertate virtus mea:
et ossa mea conturbata sunt. Super
omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde: et timor no
tis meis. Qui videbant me foras fugie